

F. 40c.

Quadragesimus novus fuit electus Engelbertus venerabilis pontifex
primus, filius comitis de Monte, sub Ottone III et Frederico secundo,
hic aspectu decorus, probitate et fama preclarus, unde Fredericus II
imperator negotia regni circa Alpes sibi commisit et filii sui Hein-
rici tutorem constituit, qui postea archiepiscopus antedictum
Heinricum, filium ~~antecessoris~~ imperatoris unxit in regem. ~~Al-~~
manie, quamquam juvenis esset. Hic presul sine causa, ymmo
pro defensione pauperum ~~p~~ comitem de Yffenburgh vulneratus
et interfectus est in via prope Sueline, cum incederet cum suis,
ibidem sequenti die ecclesiam consecraturus (a). Sed comes, predictus
velut alter Cain, vagus undique et profugus diffugens, nusquam
potuit esse tutus, tandem captus et Coloniæ per unam portam
~~inductus~~ introductus et post triduum mortis sententia (b), et
ipsam (sic) lata per aliam portam, scilicet Sancti Severini dictam,
ad campos eductus, contractis tormentis erucibus et brachiis suis,
super rotam in monticulo prope viam regiam (sic) positus, caput
in presens apparent vestigia. Hic presul post annos decem interfectus
est et sepultus in ecclesia Sancti Petri et prosperitas comitis sacilegi
defecit in statu et honore et adhuc ~~est~~ deficit.

(a). Alia manus ad
marginem correxit:
consecratum

(b). Ibi aliquid deesse
videtur.

Simillimus, licet in multis aut diversem aut amplior, est
cod. titl. univers. Wirceburgensis fol. 81. chartac. saec. XVI. 103 foll. una
eademque manu scripta. Describit J. Boehmer Fontes IV, praef. LV.
Monum. Germ. II. 221, 529. Meritis ego de ista codice in Chroniken der
Stadt Coeln Tom. II, 8 (qui iam sub prelo est), ubi etiam quaedam